

## ANIMADVERTE LECTOR.

Eosdem illos qui veram & simplicem Christianam  
 religionis doctrinam, ab ipsis apostolorum tempori-  
 bus repetitam, novitatis infimulant, non du-  
 bitamus, ~~miraturos~~ vnde tri martyres, nunc pro-  
 deant, miraturos: quum, ut illi inquit, à mul-  
 tis iam annis amissa vel potius intermissa huius-  
 modi athletarum videretur memoria. Quibus  
 nos paucis respondebimus; si de <sup>illis</sup> ipsi nihil  
 audierunt ~~et~~ nec audire voluerunt, non  
 propterea amissam aut intermissam dei posse  
 eorum memoriam. Ut enim illis fateamur, qui-  
 busdam temporum intervallis quasi sopitam fuisse  
 Christi ecclesiam, & tunc tam certe fuisse, nisi im-  
 pio cum mendacio ducere non poterimus. Hinc fit  
 ut alio tempore plures, alio pauciores, nunquam  
 vero nulli martyres & titerint, id est, viri qui ita  
 vera Christi doctrina totos & pecores fuerint, ut  
 eam suo etiam sanguine obsequare non dubitaverint.  
 Sed quoniam <sup>Ecclesiam al quo tempore</sup> ~~a centum, aut amplius, annis,~~ quasi  
 sopitam, ut dixi, Christus à centum aut amplius  
 annis acrius quam antea suscitavit, maior etiam  
 emerit eorum quam antea, numerus. Nam, ut pene  
 & tunc cinerem si sulphure tangas, Vivet, &  
 & minimo maximus ignis erit: Ita quia Christus  
 sulphure suo, id est sui spiritus calore, animos fide-  
 lium pene congelatos tanquam, magnum quendam  
 ardorem certum est concipi, qui erumpens, flammam  
 latè spargat necesse est. Iam vero, si quis roget <sup>deducta</sup>  
 non <sup>idcirco</sup> ~~ad~~ repetitam martyrum historiam, ~~continua~~  
 ad nostra tempora <sup>perpetua</sup> ~~seru~~ ediderimus, quum, ~~et~~ <sup>quod</sup> ab ipsis  
 defuisse dicamus: is meminerit, quicquid differitur,  
 non auferri. Hoc te scire, magis & tua & nostra  
 interesse putauimus. Vale.

De Martyrib. Ecclē.